Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



qui duabus solis puellis et
claulit ostia pomerij et dimi
sit puellas. Ventq; ad eam
adolescens. qui erat abscon
dus et cognouerunt eum et. Porro
nos cum essemus in angulo po
merij videntes iniquitate ac
currimus ad eos et vidimus
eos pariter commisceri. Et illum
quidem non quidem? comprehendi.
qui fortior nobis erat. et apto
solio exiluit. Hanc autem cum
apprehendissemus? interrogaui
mus quisnam esset adolescens
et noluit indicare nobis.
Huius rei nos testes sumus.
Credidit eis multitudo qui
sembus iudicibus populi. et con
dempnauerunt eam ad mortem.
Exclamauit autem voce magna
susanna et dixit. O deus
eterne qui abscondita cognos
cis qui nosti omnia antequam
fiant. tu scis quoniam falsum
contra me tulerunt testimonium.
Et ecce morior cum nichil
horum fecerim. quae isti malicia
se composuerunt adversum me.
Exaudiuit autem dominus vocem eius.
Cumque duceretur ad mortem. suscita
uit dominus spiritum pueri iuniores
cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna. Mun
dus ego sum a sanguine huius.
Et conuersus omnis populus ad eum
dixit. Quis est sermo iste quem
tu locutus es. Qui cum staret
in medio eorum ait. Sic fatui
filij israel non iudicantes. neq;
quod verum est cognoscentes. condem
nastis filiam israel. Reuertimini
ad iudicium. quia falsum testimo
nium locuti sunt adversus eam. Rei
tus est ergo omnis populus cum festinatione
et dixerunt ad eos daniel.
Separate eos ab invicem pro
cul. et diiudicabo eos. Cum er
go diuisi essent alter ab altero.
vocauit unum ex eis et dixit ad
eum. Inueterate dierum malorum
nunc venerunt peccata tua quae operabaris prius iudicia iniqua. iniustos opprimens
et dimittens nocentes dicente do
mino innocente et iustum non
interficies. Nunc ergo si vidisti eam dic sub qua arbore vi
disti eos colloquentes sibi. Qui
ait. Subtus. Dixit autem da
niel. Recte mentitus es in capite
tuum. Ecce enim angelus dei ac
cepta sententia ab eo scindet
te medium. Et amoto eo iussit
venire alium. et dixit ei. Semen
chanaan et non iuda species de
cepit te. et concupiscentia sub
uertit cor tuum. sic faciebatis
filiabus israel. et ille timentes
loquebantur vobis sed non fi
lia iuda sustinuit iniquitatem